ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN, U.A. BONAVENTURA. STEPHANUS DE RUDNICZ. URBANUS DE MELLICO. NICOLAUS DE DINKELSBüHL. IOHANNES GERSON

15. Jh. Seite 62v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37159
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rigore iuris non tenet quia contractus
ex conventione legem accipiunt ut dicit regula
iuris non tenet. Sed de equitate fit maxime
si ex hoc dampnum non pertulit nicolao
Item sic aliquis Si aliquis vendit vel conce-
dit grossum carius quam pro xii parvis quod talis con-
suetudo inolevit in multis locis maxime in
montibus thutinis ubi iam non fabricant
grossi et pro eis modicum percipiunt in foro sine
grosso ideo grossum emunt pro xiiii parvis Respondeo
non est peccatum si mutuat vendat sub tanto quantum
valet grossus secundum tempus cum terrens non enim plus re-
cipit quam valet xii parvos carius quam pro xii esse
usura etc.
Item usurarii qui modicum tenentur reddere
et nolunt sed dicunt se velle cessare sint absol-
vendi Respondeo non si reddere possunt alias ab-
solvantur si tamen quod tamen potuerit reddat quia non
dimittit peccatum nisi restituatur oblatum
Item cum quis usurarius dicit ex quo teneor
reddere usuras reddam si ille concesserit mihi
tantum de pecuniis suis quantum concessi sibi quibus
tam diu utar sicut ipse usus est meis
et iste concessit Item sit usura Respondeo
non credam esse usuras tamen iste ultra sortem
nichil accipiat sed sibi debitum in vicum recu-
perat Sed qui aliter restituere non vult peccat
nec est vere penitens Item quid sit modus in
quirendi usurarios adulteros non peniten-
tes non confitentes Respondeo per famam sed vestrum
non est querere solempniter sed caute scrutari

et superiori